BURNDY
LIBRARY
Chartered in 1941

GIFT OF
BERN DIBNER

Compendiaria
ad
universam physicam
introductio

dictata a domino Domino
Laurentio Du Hamel
diuinissimo, celeberrimo, sapientissimo
physicæ professore; in platæo Sorbonæ.
A accepta a patre Joanne Guilelmet anno
V. S. L. 1666.

2
Sit diuisa partibus, nempe in logicam
moralem, & ~~[illegible]~~ physicam. At
nota physicam priusquam ad singula
singularum generumq; partium compendia
ueniamus, est habenda breuis aliqua
disputatio proœmialis de physiâ generatim

Quæstio proœmialis

De

physiâ generatim

Circa physiam generatim tria potissimum
nobis sunt tractanda, nomen, definitio, &
diuisio

De

nomine physiæ

Philosophia nomen ductum
est a uerbo græco, φιλέω, id est amo
& a nomine substantiuo item græco, σοφία
id est sapientia, adeout φιλία nomen id ipsum
sonat quod amor sapientiæ,

MSS 217 B
RB NMAH

Sapientia noman a Sancto ordano qui dicitur gustus ad intellectum traductum alt, propter eam proportionem quæ gustum inter et sapientiam intercedit, namque sicut per gustum accipimus diuersitatem saporis ciborum, sic et per sapientiam, quæ tota est in rectitudine cognitionis humanæ intellectus noster diuinitatem experitur

nominis phia author fuit Pitagoras qui quondam interrogatus a Leontio Rege quis esset, respondisse dicitur se non sapere sed philosophum; id est sapientiæ amatorem. Id autem profitebatur partim ut ostentum vitæ priorum arrogantiam deprimeret, qui se sapientes ultra modum jactitabant: partim etiam quia humana omnis sapientia ita tenuis est et impar facta, ut non tam sapientia quam nimis eam contentio ad sapientiam esse uideatur.

De Phia definitione

Duplex circum fuit phiæ definitio altera peripateticorum, platonicorum altera

4

Philosophia definitur a Porphyrio est cognitio vera, certa et evidens rerum ne alium per causas

dicitur cognitio id est vitalis expressio, idea, et representatio rei cognitæ: etenim cognoscere nihil aliud est quam rei cujuspiam imaginem et ideam vitaliter exprimere.

dicitur cognitio vera, id est conformis objecto suo cui representans objectum tale quale est, et per hoc philosophia distinguitur ab errore, error quippe est cognitio sed falsa

dicitur cognitio certa id est inevitabilis et constans ex parte objecti, subjecti, et motivi, quia philosophia habet objectum certum, subjectum certum, et certum motivum et per hoc philosophia differt a fide et opinione humana, opinio quippe et fides humana sunt cognitiones sed incertæ.

dicitur cognitio evidens id est manifeste apparens et per hoc philosophia differt a fide divina et sacra Theologia, fides quippe divina et Theologia sunt cognitiones vitæ, et certæ, sed inevidentes.

dicitur tandem cognitio ~~per causas~~ rerum ne alium,

id est naali lumine mentis cognoscibilium
et per hoc phia differt ita rerum et fidē
divinā et a visiona beatificā, fides quippe
et visio beatifica sunt cognitiones rerum
et eatrum, sed rerum supernaturalium rerum
lumine supernaturali cognoscibilium.

Dicitur tandem cognitio per causas
id est discursum et illa onem unius ex
~~alia~~ minus noti ex alio notiori et per hoc
phia differt a scientia dei et angelor
um quae non est cognitio per causas
sed in causis, non est cognitio discursiva,
sed apprehensiva, deus enim uno intuitu
omnia penetrat.

Philosophia definitur a Platonicis,
scientia rerum divinarum et humanarum
causarumque quibus haec res continentur.

Dicitur scientia rerum humanarum
id est rerum quae aliquod habent cum
materia commercium aliquam assimilatem
quales sunt quaecumque res quomodocumque
corporeae quae sunt vel ipsa materia vel
componuntur ex materia, vel pendent
a materia

Dicitur tandem scientia causarum
quibus haec res continentur divina et
humanae quia phia res divinas atque
humanas cognoscit per proprias ipsarum causas nec sufficit phō
si rem aliquam noverit, amplius enim causam inquirat

Quæritur propter quam vel illa sit.

Ubi obseruabis quid sit discriminis inter vtramque hanc Peripateticorum et Platonicorum; scilicet definitio platonicorum conuenit philosophiæ collectiuè sumptæ duntaxat id est toti simul philosophicarum cognitionum collectioni, simul quia collectio omnium philosophiæ partium est scientia rerum diuinarum et humanarum causarumque quibus hæ res continentur: non item philosophiæ pars quælibet seorsim vt u.g. logica est scientia quidem rerum diuinarum, sed non est scientia rerum humanarum.

E contra vero definitio Peripateticorum conuenit philosophiæ non solum collectiuè sumptæ, sed etiam distributiuè, id est non conuenit solum toti simul philosophicarum cognitionum collectioni sed etiam singulis seorsim philosophiæ partibus, quia quælibet philosophiæ pars seorsim ab aliis partibus est cognitio vera certa et euidens rerum naturalium per causas.

De Diuisione Philosophiæ

Philosophia generatim duplex est, scilicet

habitualis et actualis

Phia habitualis est habitus, facilitas, et conductudo Phandi, qualis est in plo dormiente,

Phia actualis est actus, usus, et exercitium Phandi, qualis est in plo argumentante.

Versus Phia duplex, nempe speculativa et practica

Phia speculativa est ea qua conquiescit in objecti sui contemplatione nec tendit ad opus qualis Physica qua solem et lunam ita cognoscit ut non faciat

Phia practica ea est quae non conquiescit in objecti sui contemplatione sed tendit ad opus, qualis Logica qua operationes mentis cognoscit ut faciat quatenus de illis veritatis conformandis regulas et praecepta tradit.

Phia speculativa est omnino triplex nempe physica, metaphysica et mathematica.

Physica est scientia speculativa corporis naturalis et naturalis est.

Metaphysica est scientia

Speculativa entis ab omni materia abstracti
tion, quales est Scientia Dei
Dei et angelos

Mathematica est Scientia
Speculativa quantitatis, ~~et~~ una
Duplex est quantitas una
continua altera discreta ideo
Duplex est mathematica
pars. Scilicet arithmetica et geometria.
~~pars. non est de mathematica~~

Philosophia practica
numero Duplex, nempe logica
quae alio nomine dicitur
Dialectica, et moralis quae aliter
vocatur Ethica

Logica est Scientia practica
directrix operationum ~~rationalis~~
mentis humanae de veritate
sunt autem tres omnino
mentis operationes quarum

p.ª 5ª da definitione ppria peripateticos.
Dicitur Scientia id est cognitio vera evi-
et euidens ut mox explicatum est.
Dicitur Scientia rerum diuinarum id
est rerum ab omni materia commercio
sacrarum quales sunt Deus, Angeli
et animæ nostræ sejunctæ a corporibus
p. 7ª da arithmetica. et geometrica dicuntur hæc duæ
definitiones.
arithmetica est scientia speculativa quantitatis
discretæ id est numerorum cum multitudine.
geometria est scientia speculativa quantitatis
continuæ id est magnitudinis cum longitudine.
latitudine et profunditate.
p. 14ª de principio cognitionis. simplici et complexo
dicuntur definitiones istæ.
principium cognitionis simplex est unus et simplex
terminus ducens nos in cognitionem alterius ut
v. g. fumus ducens nos in cognitionem ignis creatura
in cognitionem dei.
principium cognitionis complexum est aliqua propo-
sitio certa et euidens ducens nos in cognitionem alterius
ut v. g. hæc propo totum est majus sua parte.
potentia activa est id p. q. aliqd reddit aptum ad agendum
aliqd v. g. calor in igne reddens ignem aptum ad calefa-
dum. v. visus ad videndum.

arithmetica é scia qua versatur circa numerum parem
v. impares secundum se, id est considerando an numerus sit
diarum aut similium et honorus aut.

Geometria é scia qua versatur circa magnitudinem puta
circa figuras aut triangulum, circulum, sphæram, aut similia
et considerando an illa magnitudines sint cœlestes aut terrestres
aut ad spectabiles.

Musica é scia qua contemplatur numerum et
sonorum et harmonicum.

optica é scia qua contemplatur magnitudines et quate-
nus apectabiles.

mechanica é scia qua contemplatur rotam
trochleam et alias id genus machinas, prout ad motus
locales procurandos donant.

astronomia contemplatur magnitudines et ordines
cœlestes et locales mobiles.

Cosmographia é mathematica totius mundi
descriptio cujus pars est geographia et hydrographia
hoc é terræ et aquarum descriptio.

prima dicitur apprehensio, secunda
judicium, tertia discursus,
moralis est scientia practica
directrix operationum voluntatis humanæ ad honestatem
moralem, porro operationes
voluntatis aliter dicuntur
actus humani et definiuntur
actus qui ab homine cum
usu et deliberatione rationis.

Fis da physica generatim remittis
proximum est ad singula singularum physicarum partium compendia
veniamus. et primo dicendum de
Compendio metaphysico. et nota
omnium universalissimum [illegible]
[illegible]

Compendium

Metaphy
sicæ

Metaphysica est
Scientia speculativa entis
ab omni materia ^ separati u. g.
Dei et angeli.
quamobrem objectum

metaphysica est ens ab omni materia separatum, ens quod nullum habet cum materia commercium quia tota tractatio metaphysica occupatur circa hujusmodi entia at hinc est quod de ente hoc loco dicamus.

De Ente quid Et quotuplex

Ens generatim dicitur de quod est extra mera nihil de quod à nihilo distinguitur sic v. g. Deus dicitur ens, quia est extra nihil

Ens est multiplex, sed praesertim ens reale, et ens rationis, ens completum, et ens incompletum ens per accidens, et ens per se.

Ens reale est id quod realiter existit vel saltem existere potest nomine volente, v. g. Sol

Ens rationis est id quod existit quidem in intellectu sed extra intellectum nec existit nec existere potest ut v. g. mons sine valle, baculus sine extremis.

Ens completum est id quod non est pars alterius entis seu id quod non ingreditur compositionem alterius ut v. g. Deus et angelus.

Ens incompletum est id quod est pars alterius entis, seu id quod ingreditur compositionem

alterius, ut u. g. anima rationalis
quæ est pars hominis cujusque
compositionem ingreditur.

Ens per se est id quod est
unius naturæ ut angelus
vel homo.

Ens per accidens est id quod
est multiplicis naturæ completæ
vel u. g. exercitus vel domus
ut enim ~~militibus~~ exercitus constat ex
multis militibus quorum singuli
sunt completi; domus etiam
constat ex lignis, lapidibus, et
aliis quæ sunt totidem entia
completa.

De principiis Entis

Ens unum quodque maxime

dignoscitur sua per principia
quare inter agendum de ente
agimus quoque de principiis entis,
sed tamen prius aliquid dicemus
de principio entis generatim.

De principio generatim

quid et quotuplex

principium generatim
definitur id unde aliquid vel alt
vel fit vel cognoscitur idcoque
triplex est omnino principium
nempe compositionis, generationis,
et cognitionis.

In superiori definitione principii
particula est, designat principium
compositionis; particula fit

dasignat principium generationis
particulare Cognoscibile dasignat
principium cognitionis

principium cognitionis
alt id per quod cognoscitur aliquid
sic u. g. creatura alt principium
cognitionis dei

principium generationis
alt id quod concurrit ad gene-
rationem seu productionem vei
alicujus sic u. g. quercus alt
principium generationis glandis.

principium compositionis
alt id ex quo componitur aliquid
sic u. g. Corpus et anima rationalis
sunt principia compositionis hominis,
quia homo componitur ex illis.

principium compositionis
duplex alt nempe physicum et
metaphysicum

principium compositionis physicum, est id ex quo componitur totum physicum sic u. g. corpus et anima rationales sunt principia compositionis physica ex quibus componitur homo

principium compositionis metaphysicum est id ex quo componitur totum metaphysicum sic u. g. ens et independentia sunt principia compositionis metaphysica ex quibus componitur deus

Scilicet totum generatim duplex est physicum et metaphysicum

Totum physicum est totum constans partibus separabilibus a se invicem ut u. g. homo constans corpore et anima

Totum metaphysicum est totum constans partibus

ata inuicem inta parabilibus
ut u. g. Deus constans ante
at indapendentia.

principium cognitionis
alt quoque duplex nempé
Complexum at ~~incomplexum~~ simplex

principium cognitionis
simplex alt unus at simplex
aliquis terminus dicans nos
in cognitionem alterius ut
u. g. hac propositio. uide p. 7.

totum alt majus sua parte

hactenus de principio gene-
ratim, jam de principiis
mata physicis spaciatim. sunt
autem multa antis mataphysici
principia sed praecipium potentia
at actus, absentia at existentia,
terminus at vas terminata,

Subjactum at forma, modus
at vas modificatta

De
Potentiâ et actu

Potentia generaliter
definitur id par quod aliquid
vadditur aptum ad agendum, vel
patiendum seu vacipiendum.
Ideo duplex est potentia
scilicet activa et passiva. vide p. 6.
potentia passiva ~~definitur~~
est id par quod aliquid vadditur
aptum ad vacipiendum aliquid
ut v. g. mollities in cera par
quam cera vadditur apta ad
vacipiendam figuram.

Utraqua potentia
sam activa, quam passiva,
Duplex dt, scilicet naturalis dt supernaturalis

Potentia activa naalis
dt id per quod aliquid vaditur aptum ad producendum aliquid visibus naturæ proportionatum, ut u. g. potentia calefaciendi in igne.

Potentia activa supernaturalis dt id per quod aliquid vaditur aptum ad producendum aliquid naturæ visas excedens, ut u. g. potentia quæ dnalt aquas baptis mali

ad producendam gratiam

Potentia passiua naturalis est id per quod aliquid naturam aptum ad recipiendum aliquid naturæ viribus proportionatum, ut v. g. mollities cæræ ad recipiendam impressionem sigilli.

Potentia passiua supernaturalis est id per quod aliquid naturam aptum ad recipiendum aliquid naturæ viribus exedens ut v. g. potentia qua mens animæ infantis ad recipiendam gratiam

Capibl malem hac potentia
hyperrnaturalis alio nomine
dicitur obediantialis quia
per hujus modi potentiam
creaturae obediunt deo
specialiter imperanti

Actus ad complementum
ad perfectio potentiae sec. u.g. calefactio ad complementum
potentiae calefaciendi, sec. g.
illuminatio ad complementum
potentiae illuminativae, &c.

Actus autem generaliter
dupliex est namque physicus
et metaphysicus, actus
physicus est actus qui constituit

rem aliquam in esse physico ut u.g. anima rationalis in homine.

actus metaphysicus est actus qui constituit rem aliquam in esse metaphysico ut u.g. independentia in deo.

porro tum res aliqua dicitur in esse physico quando constat partibus esse separabilibus ut u.g. homo constans ex corpore et animâ rationali.

tunc vero res aliqua dicitur in esse metaphysico quando constat partibus esse invicem inseparabilibus, ut u.g. deus constans ex independentiâ et ente prorsus inseparabilibus

morbus actus est duplex scilicet 1.us et secundus.

actus primus est principium operationis ~~formalis~~, calor principium calefactionis.

actus secundus, est ipsamet operatio ut u.g. intellectio calefactio.

sine aliquid esse in actu 1° est ipsum habere principium operationis, sic u.g. ignis dum dormiendum dicitur ignis in actu 1° quatenus habet in se ignem principium calefactibum, aliquid autem esse in actu 2° est ipsum habere actualem operationem sic u.g.

philosophus differens dictus p̄hus in
actu 2º quatenus philosophandi
sonetionam exercet

De Essentia Et existentia

Essentia est quid primum in re
aliqua, fons et radix omnium proprietatum
rei alicujus, sic animal rationale
dicitur essentia hominis, quia est
aliquid primum in homine, fons
et radix proprietatum hominis
hoc quippe homo est capax scientiæ
et artium quia est animal
rationale.

Existentia est id per quod
aliquid constituitur extra nihil
nihil, vel est id per quod aliquid
transit de possibilitate ad actum sive est
sic in rerum natura

24

Observandum est essentiam
esse immutabilem dum datur
existentia mutabilis est, qua
propter res nascitur est Hominem
esse animal rationale, Hominis
vero existentia est immutationi
obnoxia qua potest Homo
existere vel non existere produci
vel non produci.

De termino et ne Terminata

Terminus generaliter est
extremum rei alicujus sic
v. g. Duo Baculi extrema dicuntur
ejus termini.

Res terminata est ea res quae
claditur terminis, ut v. g. Baculus
duobus extremis.

Deo vel infinita non potest dici terminata quia nullis claditur terminis, nullis extremis, ut v. g. deus infinitas at non limitatas perfectiones in se complectens.

Terminus est duplex, unus intrinsecus alter extrinsecus.

Terminus intrinsecus est terminus qui pars est rei terminatae, sic extremitas digiti est terminus digiti intrinsecus, sic cutis est terminus corporis intrinsecus.

Terminus extrinsecus est terminus qui claudit rem quidem terminatam, sed non est pars ejus, sic vas est terminus liquoris extrinsecus: sic vestis est terminus corporis extrinsecus.

De Subjecto et forma

Subjectum est id omne quod recipit formam aliquam, sic v. g. parias dicitur subjectum albedinis.

Forma alt complementum seu perfectio subjecti, sic u. g. albedo est complementum, et perfectio parietis.

Subjectum generatim triplex est, nempe informationis, inhaesionis, et denominationis,

Subjectum informationis est subjectum quod recipit formam substantialem, ut u. g. corpus humanum quod recipit animam rationalem.

Subjectum inhaesionis est subjectum quod recipit formam accidentalem ut u. g. parietes albedinem

Subjectum denominationis est subjectum quod recipit nomen ab aliqua forma ut u. g. homo qui denominatur iustus a iustitia

Forma generatim duplex est nempe substantialis, et accidentalis.

Forma substantialis est actus primus et substantialis corporis naturalis, cui est primum et principale operandi principium, quale est anima rationalis in homine.

Forma accidentalis est actus secundus corporis naturalis, cui est 2dum et instrumentale operandi principium, quale est calor naturalis in homine.

De modo significata

modus est forma qua fit subjecto esse non potest, et fit qua subjectum esse potest, sic v.g. inflexio digiti dicitur quia inflexio nequit esse sine digito digitus autem esse potest absque inflexione.

25

Res modificata est subjectum modi ut v. g. digitus subjectum inflexionis.

Paulo aliter modus definitur ab aliis, forma separabilis a subjecto ex parte subjecti et inseparabilis ex parte hui; at haec definitio medit cum priori, nihil enim aliud libi vult illa quam quod modus esse non possit absque subjecto subjectum autem esse possit absque modo

grauis est controuersia quam discutiamus hic loco utrum inter modum et eam modificationem occurrat distinctio realis v. g. utrum inter digitum et inflexionem digiti detur distinctio cum communis realis opinio vulgaris sint admittendam esse realem hujus modi sectionem, modum inter et eam modificatam contrariam nos docebimus sententiam.

De Propriatatibus ens

Propriatas generaliter definitur attributum necessarium, reciprocum ab essentia vel profluens. Ita u. g. capacitas scientiae dici potest propriatas hominis. quae et hominis perfectio seu attributum et profluit a rationalitate, quippe homo est scientiae capax quia rationalis est.

propriatas est primo duplex nempe complexa et incomplexa.

propriatas incomplexa est propriatas quae unico et simplici termino exprimitur ut u. g. rationalitas respectu dei capacitas scientiae respectu hominis

propriatas complexa est propriatas quae multiplici termino exprimitur ut u. g. necessitas et contingentia entis quaerenti unde quid sit ens respondere debet aut vel est necessarium vel contingens necessarium ut deus contingens ut creatura.

Rursus propriatas duplex nempe primaria et secundaria

propriatas primaria est propriatas quae per se proxima et immediate profluit ab essentia vel cujus est propriatas ita u. g. unitas, veritas, bonitas, immediate profluunt ab ente.

Proprietas secundaria est ea quæ remote duntaxat et alio mediante profluit ab essentia rei cujus est proprietas: sic v. g. intelligibilitas est amabilitas sunt proprietates secundariæ entis, quia profluunt ab ente mediantibus veritate et bonitate, quippe ens est intelligibile quia verum et amabile quia bonum

Solent recensari hæc enti ut proprietates primariæ et incomplexæ scilicet unitas, veritas, bonitas, siquidem ens omne est unum, verum, bonum, et quamquam mentem nostram aperiamus ea deve huc loco.

Unitas est indivisio rei in se, et divisio a quocunque alio. unum est id quod est indivisum et divisum a quocunque alio; sic v. g. socrates dicitur unus quia est in se ipso indivisus et divisus a quolibet alio homine.

Veritas entis est conformitas entis cum prædicatis sub quibus intelligitur: verum est id quod est conforme prædicatis sub quibus intelligitur sic v. g. homo dicitur verus quia corpore constat et anima rationali: quæ duo sunt intrinseca hominis prædicata.

Bonitas est perfectio rei alicujus a

bonum ait id quod ait perfectum in
suo genere: sic bonus vir bonum dici
potest bonum, quia perfectum est
in genere virtutis; similiter et demones
dici possunt boni quia sunt perfecti
in genere angelorum.

Fisica tribus proprietatibus entis
opponuntur scilicet unitati
distinctio, veritati falsitas, bonitati
malitia.

distinctio est negatio indivisionis
ea dicuntur distincta quae non sunt
idem, sic u. g. petrus et paulus sunt
distincti quia habent negationem indivi-
sionis, non sunt idem homo

falsitas entis, est difformitas entis
cum principiis sui intrinseci. falsum
dicitur id quod est difforme principiis
sui intrinseci: sic u. g. homo pictus
dicitur falsus homo quia difformis est
principiis essentialibus hominis, id est
animalitati et rationalitati ex quibus
homo coalescit.

malitia entis, est imperfectio
entis; malum dicitur id quod est
imperfectum in suo genere sic u. g.
homo carens altero oculorum dicitur
malus quia est imperfectus in genere
hominis.

De Speciebus entis

Species entis ab omni materia separata sunt substantia, accidens, deus, angelus et anima rationalis a corpore separata de quibus singillatim dicendum est.

De substantia

Substantia definitur ens per se subsistens, v. g. deus, homo.

Dicitur ens, id est aliquid positum extra nihil, substantia et accidens quia utrumque horum sunt entia.

Dicitur per se subsistens, id est independens a subjecto inhaerendo, et in hoc substantia differt ab accidente, quia accidens pendet a subjecto inhaerionis.

Substantia est multiplex, namque corporea et spiritalis, completa et incompleta, 1a et secunda.

Substantia corporea est substantia quae vel est ipsa materia vel componitur ex materia, vel pendet substantialiter a materia.

Substantia spiritalis est substantia quae neque est ipsa materia, neque componitur ex materia, neque pendet substantialiter a materia, v. g. deus vel angelus.

Substantia completa est substantia quae non est pars alterius substantiae, v. g. homo vel angelus.

Substantia incompleta est substantia et in hoc convenit substantia cum accidente

quæ pars alterius substantiæ ut v.g. anima rationalis quæ pars est hominis.

Substantia prima est substantia singularis et incommunicabilis pluribus, v.g. Socrates, ~~Iigur~~ homo.

Substantia 2ª est substantia universalis et communicabilis pluribus, v.g. Humanitas quæ communicabilis est omnibus hominibus

Substantia 1ª quando est ~~incipit~~ ultimo completa vocatur suppositum, est quæ duplex, scilicet rationalis et irrationalis.

Suppositum rationale est substantia singularis intelligens ultimo completum v.g. petrus.

Suppositum irrationale est substantia singularis minimè intelligens ultimo completa, ut v.g Lucapsalus.

Suppositum rationale dicitur alio nomine persona, nomen autem personæ tribuitur solis agentibus intellectualibus, puta deo, angelis, et hominibus.

Suppositum irrationale dicitur simpliciter suppositum, tribuitur vero agentibus rationa destitutis puta Cellulis, plantis;

quamobrem illius, discriminis interceden personam inter et suppositum quod omnis persona sit suppositum, sed non omne suppositum ~~est~~ sit persona, nulla quidem est persona quæ non sit suppositum, sed multa sunt suppotita quæ non sunt persona, sic v.g.

Hatus est persona simul et hypostasis;
Sed hypostasis est hypostasium nequetamen
est persona; igitur nomen hypostasis
extendit sola latius quam persona nomen.

De accidente.

accidens definitur est ens inhaerens
v. g. Calor inhaerens manui, ipsa intellectui
dicitur est quia est aliquid extra mentem
nisi, et per se communi accidens cum
substantia quia ambo sunt entia
dicitur entia inhaerens, et est substantia,
quia substantia est subjectum inhaerendi,
respectu accidentium, ut v. g. manus est
subjectum caloris et per se discrepat
accidens a substantia;
accidens dividitur in physicum et
metaphysicum, in spirituale et corporeum.
accidens physicum est accidens realiter
distinctum et separabile a substantia, ut
frigus respectu aquae, et magnitudo, respectu
materiae.
accidens metaphysicum est accidens
realiter indistinctum et inseparabile a
substantia ut v. g. capacitas scientiae
respectu hominis, et ut colorabilis respectu
dari
accidens corporeum est accidens quod

quod recipitur in subjecto corporeo ut color in mana, candor in parieta;

accidens spiritale ut accidens quod recipitur in subjecto spirituali, ut scientia in intellectu, virtus in voluntate.

De Deo

Deus definitur ens independens, ens a se, primum ens, prima causa, ens quo nihil melius, aut perfectius ulla potest vel cogitari;

Deitas ens, in quo comunes Dei cum creaturis, quae pariter sunt entia

Deitas independens, ut is ab finitis Dei caracter ut per quem discrepat a creaturis.

Sine qua requitur Deum esse humanæ Conum
~~Sine~~ Infinitè perfectum, immutabilem, aternum, immensum, omnipotentem, providum, liberum, unum, &c.

1° quidem Deus est infinitè perfectus in omni genere, quia cum nullam habeat causam a qua limitatur ad certum numerum perfectionum, infinitas, sine numero perfectionas complectatur necesse est. igitur hic locus argumentandi.

Ille ~~Deus~~ est infinitus in omni genere perfectionis qui à nemine limitatur ad certum numerum perfectionum.
atqui Deus a nemine limitatur ad certum numerum perfectionum cum sit independens.
Ergo Deus est infinitus in omni genere perfectionis.

2° Deus est summe Bonus cum animi Bonitas nihil aliud sit quam perfectio
perfectus est.
igitur sic erit argumentari
Ille est summe Bonus, qui summe perfectus. atqui Deus est summe perfectus, ut mox demonstratum est. Ergo Deus est summe Bonus.

3° Deus est immutabilis cum animo omnes omnino perfectiones simul et semel complectatur, neque notionem potest acquirere perfectionem, neque deperdere valeam prorsus quia immutabilis sit necesse est. igitur sic erit argumentari
Ille immutabilis est qui neque novam potest acquirere perfectionem neque amittere valeam
atqui Deus neque novam potest acquirere, neque valeam amittere perfectionem. siquidem
~~Ergo Deus est immutabilis~~ omnes omnino perfectiones simul possidet.
Ergo Deus est immutabilis.

4° Deus est aternus, quia ~~cum principio~~
cum sit immutabilis nullam habuit
hua durationis initium, nullum finem habiturus
est, igitur sic licet argumentari
illa aternus est qui hua durationis nec habuit
initium, nec finem habiturus est
atqui Deus nec habuit unquam hua durationis
initium, nec finem habiturus est unquam, quando
quidem est immutabilis.
Ergo Deus est aternus.

5° Deus est immensus, quia cum sit illimi-
tatus in omni genere perfectionis,
per omnia locorum spatia diffundatur
necesse est igitur sic licet argumentari.
illa est immensus, qui per omnia locorum
intervalla longe latèque diffunditur. atqui
Deus per omnia locorum intervalla diffun-
ditur, cum sit illimitatus in omni genere
perfectionis. ergo Deus est immensus.

Uti observabis Deum esse ubique pra-
sentem tribus modis, essentia, presentia,
et potentia. essentia quidem quia habet
essentiam naturam et hic essentiam suam
ubique collocatam: deinde praesentia,
quia videt omnia quaecunque in loco sint
posita: denique potentia, quia Deus
operatur omnia in omnibus.

6° Deus est omnipotens quia cum ejus

3° potentia sit illimitata sic ut natura sua potest extendere sese ad quaelibet possibilia sunt. igitur &c.
illa est omnipotens cujus potentia cum sit infinita, potest extendere se ad quaecumque possibilia
atqui dei potentia cum sit infinita potest extendere sese ad quaecumque possibilia
Ergo deus est omnipotens.
4° deus est infinitè sapiens, cum omnium naturam habeat infinitam in omni genere, peritus sit intelligentiâ perfectissimâ necesse est igitur &c.
illa est infinitè sapiens, qui omnia novit modo perfectissimo. atqui deus novit omnia et quidem modo perfectissimo,
Ergo deus est infinitè sapiens.
5° deus est maximè providus qui cum infinitus sit in omni genere perfectionis naminis deest in necessariis, et unumquodq dirigit ad proprium finem per media valdè congrua igitur.
illa est summè providus qui unumquodque dirigit ad proprium finem per media valdè congrua
atqui deus dirigit unumquodque ad finem proprium per media valdè congrua cum sit

Infinitâ sapiens et potens.
Ergo Deus est summè providus

9.o Deus est summa Liber in actionibus
suis quæ spectant creaturas, quia potest
agere vel non agere circa creaturas ad
libitum, igitur &.
Ille est liber circa creaturas qui potest pro
nutu suo agere vel non agere circa ipsas.
atqui potest Deus pro nutu suo agere vel non
agere circa creaturas, v.g. producere vel
non producere mundum. Ergo Deus est summè
liber in actionibus suis quæ spectant
creaturas.

Nego in actionibus quæ spectant creaturas,
nam non est liber Deus in his actionibus quæ
Deum immediatè spectant, et quas Theologi
appellant actiones ad intra, v.g. non est
liber in productione verbi aut Spiritus
Sancti.

Denique Deus est summa unus, cum
enim omnes omnino complectatur perfec-
tiones, repugnat ipsum esse multiplicem,
si enim Deus foret multiplex, jam non
contineret omnes omnino perfectiones;
si plures forent dii, unus illorum aliquam
in se perfectionem contineret quæ careret
alter, et sic unus non contineret omnes priores
perfectiones.

De Angelo

Angelus definitur substantia spiritualis, completa, creata.

Dicitur substantia quia est ens per se subsistens id est independens a subjecto inhesionis, et per hoc Angelus differt ab accidentibus quae non per se subsistunt, sed inhaerant substantiis, puta calor manus, candor aeris.

Dicitur substantia spiritualis quia angelus est expers cujuscumque corporeitatis, et per hoc angelus differt a rebus quibuscumque corporeis.

Dicitur substantia completa, quia angelus non est pars alterius substantiae, et per hoc differt ab anima rationali quae substantia est spiritualis sed incompleta, cum sit pars hominis.

Dicitur tandem substantia creata, quia angelus essentialiter dependet a deo conditore suo, et per hoc differt a deo.

Magnus est Angelorum numerus, non tamen definitus, solet enim eis distributi valuti

dallas quas Theologi hierarchias dividunt, in quarum prima sunt Seraphini, Cherubini, Throni. In 2ª sunt virtutes, potestates et dominationes. In 3ª sunt principatus, angeli, et archangeli.

Angeli tribus pollent facultatibus scilicet intellectu ad cognoscendum, voluntate ad amandum vel odio prosequendum, et motrice ad transferendum sese de loco in locum.

De anima Rationali

Anima rationalis definitur substantia spiritualis, incompleta, creata.

Dicitur substantia spiritualis, creata propter rationes supra allatas de Angelis.

Dicitur incompleta, quia est essentialiter pars alterius substantiae puta hominis, cujus complexionem nata est ingredi, atque in hoc differt ab Angelis.

Dicuntur sunt animae rationales facultates, nimirum intellectus et voluntas.

Intellectus definitur facultas cognoscitiva spiritualis cujus objectum est omne intelligibile.

Dicitur facultas in quo conuenit cum exteris quibuscunque facultatibus tam corporeis quam spiritalibus.

Dicitur facultas cognoscitiua, in quo discrepat a uoluntate, quae non cognoscit, sed appetit, non intelligit, sed amat.

Dicitur tandem facultas spiritalis in quo discrepat a sanctis qui corporei sunt omnes, u. g. oculus et auditus.

uoluntas dicitur facultas appetitiua spiritalis, cuius obiectum est omne amabile

Dicitur facultas appetitiua, in quo discrepat ab intellectu, cuius est cognoscere, cum uoluntatis sit appetere.

Dicitur autem facultas spiritalis, in quo discrepat ab appetitu sanctorum qui corporeum alt, quales alt in callum.

intellectus dicitur alio nomine mens. sunt autem tres mentis operationes, apprehensio, iudicium, discursus.

apprehensio est simplex cuiusque rei cognitio expers affirmationis aut negationis, u. g. simplex rei representatio

Judicium est operatio mentis affirmans aut negans unum de alio, v. g. (Deus est bonus, Deus non est crudelis)

Discursus est operatio mentis inferens unum ex alio, unum propositionem ex altera, v. g. (Deus est bonus, igitur est amandus)

Appendix

De variis causarum generibus.

Causa generatim definitur principium per se influens esse in aliud.

Dicitur principium quia causa est id unde aliquid emanat, nimirum effectus

Dicitur per se influens, ut distinguatur causa a quibusdam principiis quae quia per se non influunt in effectum esse non sunt causae, sic v. g. proximatio ligni ad ignem est quidam principium sed non est causa ignis, quia per se non influit in ignem.

Dicitur influens esse in aut existentiam, quia omnis causa dat existentiam effectui.

Dicitur tendens influens in aliud, id est

in aliquid alterius naturæ vel essentiæ: ideo
ideo docent Theologi quod patrem æternum
non esse causam verbi divini, quia licet
influat per se ipsa in verbum non influit
humanæ in aliud sed in alium, siquidem
filius divinus non est aliud a patre æterno
sed duntaxat alius, hoc est filius non habet
aliam a patre æterno naturam sed dun-
taxat aliam personam.

Causa generatim est quadruplex unaquæ
alia placet, quintuplex, nempe finalis,
efficiens, materialis, formalis, exemplaris.

Causa finalis est id cujus gratia fit
aliquid, sic v. g. sanitas est causa finalis
potionis medicæ, quia sanitatis gratia
sumitur potio medica.

Causa efficiens est id a quo producitur
effectus, sic v. g. architectus est causa
efficiens domus

Causa materialis est id ex quo fit
et componitur aliquid. sic v. g. lapides
sunt causa materialis domus

Causa formalis est id per quod sic
aliquid est constitutum in esse suo. sic v. g.

distinguitur etiam ab omni alio BCS
ut u. g. anima rationalis est causa formalis
hominis quia per animam rationalem
homo constituitur in sua hominis.
causa exemplaris est id ad cujus
similitudinem fit aliquid, sic u. g. multus
castaneus est causa exemplaris babaliae
castaneis quia ad similitudinem multus
castaneis fit babalia ejusdem.

Compendii
metaphy
sici, si
ni

Compendium Physicas

Physica

Physica dicta a φύσις
φύσις dicit naturā definitur
uero scientia speculativa corporis naalis,
ut naturalis alt
Dicitur scientia corporis naturalis,
dicit scientia totius compositi ex
materia & forma physica i.e. scientia
corporum caelestium & sublunarium
Additur in definitione (ut naturalis
alt) ut physica distinguatur a medicina
quia alt scientia corporis naturalis, ut
sanabilis alt
Ex quo liquet objectum physicas
adaequatum esse corpus naturale ut naale
alt, quia circa ipsum physica occupatur

enicarta et per ignem distinguitur a
qualibet alia levitate

De Principiis corporum nāalium

principia corporū naturaliū distinguntur
a principiatorū sic, quæ nequeunt
enicari, nequeunt ex aliis sed ex quibus
omnia sunt. Sic u.g. materia et forma
dicuntur principia corporum naturaliū quia
materia et forma non sunt ex se mutuo
per compositionem, nequeunt componuntur
ex aliis principiis, sed ex quibus constant
omnia corpora naturalia.

paulo clarius distinguī possunt sic, quæ
requiruntur et concurrunt ad generationem et
compositionem corporum naturaliū

sunt autem duplicia generationis principia
corporum naturaliū, alia sunt principia
generationis, alia compositionis,

principia generationis corporum sunt
ea sine quibus nec ulla nec concipi potest
generatio corporum et multo ferè numerantur
nempe, materia, forma, et privatio.

principia compositionis corporum sunt duo quibus nec esse nec concipi potest compositio corporum et vulgo numerantur duo ~~materia~~ materia et forma physica

principia generationis corporum dicuntur alitur principia corporis in fieri.

principia usus compositionis dicuntur hic alitur principia corporis in facto esse

quamobrem omnia generationis principia corporum naturalium revocantur ad tria haec materiam, formam physicam, et privationem

vatio Cujus rei numeri haec affari potest sunt principia generationis corporum naturalium quot sunt tria quibus nec esse nec concipi potest generatio corporis naturalis, atque generatio corporis naturalis nec esse nec concipi potest sine materia, sine forma, sine privatione. nam generatio corporis concipitur tanquam transitus subjecti a non forma ad formam physicam, sic e. g. generatio ligni est ex ligno ad non ligni a non forma ad formam ligni.

atqui non potest concipi transitus subjecti
a non forma ad formam sine materia,
sine forma, sine privatione formæ; sine
materia quidem qua transeat a non forma
ad formam; sine forma, ad quam materia
transeat vi generationis; denique sine
privatione formæ, unde transeat materia
ad formam. Ergo tota simul omnino sine
qualibet re alia nec concipi potest generatio
corporis, quamobrem tota sunt principia
generationis corporum, nempe materia,
forma, et privatio formæ.

De materia Physica

materia in physicis est communis
subjectum omnium formarum physicarum
sine, aut primum subjectum ex quo generantur
et componuntur omnia corpora naturalia:
sic v. g. materia ligni ex qua fit et componitur
ignis.

Est autem materia duplex, nempe prima
et secunda.

materia prima est materia nuda et

at spectata sua forma, v.g. materia spectata tanquam expers caloris, siccitatis, at alterius cujuscunque formæ.

materia 2a. est materia qui Deus dare substructa formis, jamque disposita ad unam formam substantialem pra alia, vt v.g. materia ligni edita at spec, jamque disposita ad formam ignis.

Ubi obseruabis nullam quidem dari realiter materiam nudam at sua forma, dari tamen in Idea Dei concepta manifestum, quamvis enim nulla sit realiter materia quæ non subjaceat alicui formæ, potest nihilominus concipi materia sua forma, quamadmodum licet nulla sit realiter via quæ non sit longa simul at lata, potest nihilominus concipi via tanquam longa, absque eo quod concipiatur tanquam lata, viator enim defatigatus non dicet sat latitudinem viæ sed unicam longitudinem.

De forma Physica

forma Physica est complementum at perfectio materiæ physicæ, vt v.g. anima

rationalis dicitur forma physica quia est complementum et perfectio humani corporis.

Est autem forma physica duplex genere, nempe substantialis et accidentalis.

Forma substantialis est actus materiae primae primum et principale operandi principium in corpore naturali, ut v.g. anima rationalis in homine, anima sensitiva in aqua.

Forma accidentalis est actus materiae secundum et instrumentale operandi principium in corpore naturali, sic v.g. calor naturalis in homine, frigus in aqua.

De Privatione

Privatio definitur sic, absentia formae in subjecto ad recipiendam formam illam debito v.g. caecitas in homine, tenebra in aere.

Ubi observandum quid sit discriminis privationem inter et negationem, nempe privatio est absentia formae in subjecto ad recipiendam formam debitam, ut caecitas in oculo: negatio autem est absentia formae in subjecto ad recipiendam formam minime, ut caecitas in lapide.

Vae si careat quo debita ~~ibi~~ perfectione puta si magistratus fecerit jus ignarus, tunc dicitur habere privationem. Si quis autem careat perfectione ~~ibi~~ debita, puta si rusticus fecerit cognum ignarus, tunc dicitur habere negationem.

Materia et forma physica constituunt corpus naturale. et ideo ~~ea~~ solent appellari Natura, de qua ~~hic~~

De Natura Physica.

Natura in physicis definitur sic, principium et causa motus et quietis, ejus in quo est, primo per se et non per accidens.

Dicitur principium motus et quietis, quia natura est unde motus et quies oriuntur, sic v.g. natura lapidis est principium motus in lapide properante ad centrum, et similiter est principium quietis in lapide dum quiescit in centro suo

Dicitur et causa motus et quietis

quia natura non est quodcumque principium motus et quietis, sed est principium per se influens in modum et quietem; atqui in hoc natura differunt a privatione, quae quidem est principium generationis corporum corporum naturalium (est enim ens actu) sed non est illius causa, quia per se non influit in generationem corporum

Dicitur motus et quies de est mutationes naturales, et status pariter naturales; sic v.g. natura lapidis est causa descensus lapidis ad centrum similiter et quietis lapidis in centro

Dicitur ejus in quo est id est corporis naturalis in quo natura est tanquam pars in toto suo, sic natura lapidis est in lapide velut ejus pars.

Dicitur primo per se, et non per accidens; quia natura physica est primum et principale motus et

quietis naturalis principium et non tantum secundarium et accidentale. Multis aliorum.

Physica est natura physica scilicet activa et passiva.

natura activa est principium motus productivum seu effectivum, ut anima rationalis in semine, ut forma substantialis lapidis in lapide.

natura passiva est principium motus receptivum, ut corpus in semine, ut materia in lapide.

Ex utraque fit natura activa et passiva conflatur et rabellat compositum physicum seu corpus naturale, cujus plures assignari solent proprietates

De Proprietatibus Corporis naturalis

quatuor vulgo numerantur corporum naturalium proprietates, nempe quantitas,

locus, motus, at tempus liquidam omne corpus naturale, at quantum cum magnum, at alicubi, at in motu sapé, at tempus in tempore.

De quantitate

quantitas generatim definitur per quod respondetur quotiens quot vel quantum sit v. g. trinitas at quantitas quia quotiens quot sint in duo personae respondetur tres

quantitas vel at continua vel discreta vel finita vel infinita

quantitas continua at ea cujus partes figurico at naturali vinculo connectuntur, ut caulis

quantitas discreta at ea cujus partes nullo naturali vinculo connectuntur, ut exercitus.

quantitas finita, at quantitas terminis comprehensa, ut ulna.

quantitas infinita at quantitas nullis comprehensa terminis, qualis foret caelum

tma extrema (Chidaeus)

quantitas infinita aliter dicitur infinitum: infinitum autem duplex alij nempe infinitum actu cui catagoramaticum, et infinitum potentiata, cui synkatagoramaticum.

infinitum actu dicitur quod actu et de facto infinitas in se continet partes cum partactionas, v.g. Deus.

infinitum potentiata dicitur id quod plures et plures in infinitum partes cum partactionas potest recipere ut exempla quando cui potest Deus plures in infinitum partactionas injicere.

De Loco

Locus generatim definitur, receptaculum rei locatae, vel spatium a re locata occupatum, ut dolium est locus vini, lacuna aut locus piscium.

Locus vel est externus, vel internus, vel plenus, vel vacuus.

Locus internus est locus qui rem locatam intime pervadit et penetrat, ut v.g. immortalitas divina in qua vivimus, movemur, et sumus.

Locus externus est locus qui rem locatam

extrinsecus ambit, nec eam penetrat,
u. g. dolium ambiens vinum, vagina
ambiens gladium.

Locus planus alt locus aliquo corpore
replatus, ut dolium vino.

locus vacuus alt locus corpore exquisq;
dictisve qua alitar vacuum

vacuum autem alt duplex scilicet
proprie' & improprie' dictum.

vacuum proprie' dictum alt spatium
omni generatim corpore destitutum, u. g.
spatium quod cogitamus extra coelos

vacuum improprie' dictum alt spatium
ac destitutum corpore, cui recipiendo destinatum
alt: sic dolium vino destitutum dic solet
vacuum, quamvis aere plenum sit.

De Motu

motus definitur ab Arist sic actus
entis in potentia' quatenus in potentia. id
alt motus alt actus corporis tendentis ad
~~illa~~ ulteriorem perfectionem; sic u. g.
descensus lapidis alt motus, quia alt actus
lapidis properantis ad centrum

Sed clarius definiri potest motus sic translatus
ab uno statu in alium statum; sic u. g.

Descanhus lapidis est motus quia est
transitus lapidis a circumferentia mundi
ad centrum terræ.

motus vel est instantaneus vel successivus,
vel naturalis, vel violentus, vel indiffe-
rens.

motus instantaneus est motus qui unico exporis
momento perficitur sine ulla successione. v.g. generatio
ignis vel corruptio ejus.

motus successivus est motus qui non absque
tempore intervallum successive perficitur v.g.
deambulatio.

motus naturalis est motus conformis
naturæ rei quæ movetur ut v.g. descanhus
lapidis, refrigeratio aquæ.

motus violentus est motus contrarius rei
quæ movetur v.g. ascanhus lapidis.

motus indifferens est motus qui neque
conformis est neque contrarius naturæ
rei, quæ movetur, ut v.g. deambulatio
hominis.

De Tempore

Tempus jam prædam definitum est
hic, manebat modo tractandum prius
et posterius.

Prius manebat motus, quia tempus
ut mox ad mensurandos motus, sic v.g.

Hora dicitur tempus, quia ultimus ad
manuvandam Deambulationem.

Dicitur secundum prius et posterius,
id est secundum partes priores et posteriores
quia tempus est mantiva motus secundi quia
durat per aliquod tempora intervallum; solus quippe
motus secundus ex partes priores et posteriores
ex mutua succedantes.

Duplex generaliter est tempus, intrinsecum
scilicet et extrinsecum.

Tempus intrinsecum est propria et intrinseca
durationis rei durantis, ut v. g. durationis Deambula-
tionis.

Tempus extrinsecum est tempus illud quod est
extra rem durantem, et per quod mantivatur
propria durationis rei durantis, ut v. g. motus solis
ab ortu de occasum ejus ope mantivamus dura-
tionem Deambulationis.

Ubi observabis quod divisionis ex inter tria
hoc; tempus, aeuum, et eternitatem
nempe eternitas est durationis carens initio et fine,
quales est durationis Dei. aeuum autem est durationis
habens initium, sed fine carens, quales est durationis
angeli. denique tempus est durationis initium
habens et finem, quales est durationis hominis.

De
ipso Corpore naturali.

Corpus naturale definitur totum constans

ex materiâ et formâ Hybrea sic vig.
aqua, Dicitur corpus naturale, quia ex solum
constans materiâ et animâ sanctissima.
Duplex autem est generatim corpus
naturale, nempe simplex et mixtum.
Corpus simplex est corpus naturale constans
ex materiâ et formâ sibi propriâ, sed nullum
ex quatuor elementis, ut v.g. ignis, et aliud
quadricat elementum.
Corpus mixtum est corpus naturale constans
non solum ex materiâ et formâ sibi propria,
sed etiam ex quatuor elementis vel saltem
ex quatuor elementorum qualitatibus ut v.g.
homo qui non solum componitur ex animâ
et corpore, sed etiam ex igne, aere, aquâ et
terrâ, vel saltem ex calore ignis, frigore
aquæ, humiditate aeris, siccitate terræ.
Corpus simplex iuxta assignatur duplex,
unum corruptibile, ut elementum, alterum
incorruptibile ut coelum aut ignis.
Corpus coeleste est duplicis differentiæ vel
animatibile huc complectitur elementa.
Dicitur que Coelum, vel continentia ex igne
coeli, Dicitur que Ignes
elementum est corpus naturale simplex
ex quo mixta componuntur corpora. est que
omnino quadruplex, nempe ignis, aer, aqua
et terra.

Verum quodque elementum pro prima
qualitate donatur ignis quidem
calore, aer humiditate, aqua frigore
terra siccitate. unde quatuor sunt vulgata
elementorum proprietates, calor, frigus
humiditas siccitas.

Corpus mixtum duplex est, nempe
perfectum et imperfectum

mixtum perfectum est mixtum
quod praeter formas elementorum habet
in se formam substantialem diversam a
formis elementorum, v.g. homo animam
rationalem, aqua animam sanitatem

mixtum imperfectum est mixtum
quod non habet formam substantialem
diversam a formis elementorum, ut
nix aut glacies, quae non habent aliam
quam aquae formam.

mixtum imperfectum alte nomina
diversi meteorum id est sublime, eo quod
mixtorum imperfectorum pars maxima in
sublimi regione aeris formatur, v.g. nubes,
pluvia, fulgura

mixtum perfectum est quoque duplex
nempe animatum quod anima praeditum est

ut homo et inanimatum quod animâ destitutum est ut lapis.

mixtum animatum triplex est nempe vegetativum, ut planta; sentibivum ut bellua; rationale, ut homo. Sed de his latius si dixerimus aliquid de animâ

De Animâ generatim

Anima definitur hic actus primus corporis organici potentiâ proximâ vitam habentis

dicitur actus primus quia anima est primum et principale operandi principium in corpore animato ut anima rationalis in homine

dicitur corporis organici, id est corporis instructi variis organis ad varias vitæ functiones obeundas: sic v.g. corpus humanum dicitur corpus organicum quia variis instructum est organis, justa oculos ad videndum auribus ad percipiendos sonos &c.

dicitur tandem corporis potentiâ proximâ vitam habentis, id est corporis donati ad

Et
vitam recipiendam sive substantialem
quae est optima anima sive accidentalem
quae est vitalis operativa.
Triplex autem distinguitur anima
nempe vegetans plantarum sentiens
belluarum, rationalis hominum.

De
Anima vegetante

Anima vegetans definitur sic actus
primus corporis organici potentialis proximae
vitam vegetantem habentis, qualis est
anima plantarum.
Vita vegetans est primum et principale
principium nutritionis, accretionis, et
generationis quae sunt totidem animae
vegetantis functiones.
Facultates animae vegetantis numerantur
tres, scilicet nutritiva, augmentativa,
et generativa, quia plantae nutriuntur,
crescunt, et generant similes sibi plantas.
Facultas nutritiva est ea per quam
vivens convertit alimentum in propriam

sui substantiam.

multa alia uidebis in hoc compendio p. 146

De oppositione propositionum

oppositio definitio et 4ae. numero p. 142
oppositio contradictoria
oppositio contraria p. 143
oppositio subcontraria
oppositio subalterna
Hic explicantur 4 dantur oppositionis leges. p. 144.

De conuersione propositionum

conuersionis definitio et 2ae. numero p. 148.
Conuersio simplex
Conuersio per accidens p. 144
et alias placet addere 3am quam no cant
Conuersio per contrapositionem p. 144
Hic dantur 11 explicantur uno uersu regulae conuersionum et sunt notanda quaestiones quibus respondetur. p. 145. 149. 180.

Indii Logicci

Da aequipollentia propositionum

aequipollens dessimo. Loc. relat. o aequam judicii
coactata da aequipollencia dicata que alacris indu-
bantur in hoc compendio. p. 181. 182

Pars 3ª Logicca

Da iis

quae pertinant ad dirigendam argumentationem
nacia argumentationis nomina. Illius q dessimo ad
sextuplex ad nempe p. 183

Syllogismus p. 184

Enthimema

exemplum

inductio

Locus p. 185.d

Dilemma

de fit pacua observatio. p. 186.

Da Syllogismo

Syllogismi dessimo. de fit pacua observatio. ad
numerandus syllogismi specialis p. 184. 188.

Da mala Syllogismi

fujus mala dessimo e q 2ª nempe

materia syllogismi proxima
mala syllogismi remota p. 188

inde e duo aequa q syllogismo, intuitos propones
nempe

major
minor p. 189

Conclusio

hinc quoque tres termini nempe

Index Comp

majus extremum
minus extremum — p. 192
medium.
Sed conclusio medio 2ae. semper
Conclusio directa
Conclusio indirecta — p. 190
Ipse clarius lucet indubis explicatum p. 190 2c

De forma Syllogismi

forma definio et 2ae. a semper — p. 193
forma proxima alias recta modus — p. 194
forma remota alias recta figura

De figura Syllogismi

figura Syllogismi definio et 3ae. a semper p. 194.
prima
secunda — p. 195
tertia
at nobis placet adhuc quartam p. 196.
et datur. Ratio cur quatuor debeant esse figuras
Syllogismi p. 194.

De modo Syllogismi

modi definio et secundum multos 2ae. a semper
modus directus
modus indirectus — p. 199
Ki assignatus modorum numerus, et distributionis
par ratione numerum in tres figuras et formam
cum modorum sub figuris collocatorum distri-
exemplo illi modos indubio notandi de syllogismo
quam possum de experimento. p. 200-1.2.3.4.5.6

Ordii Logica

De regulis syllogismorum

Harum regularum datur 8 quibus sunt
generis nempe
regulae omnibus syllogismis communes p. 204.
regulae singulis figuris propriae
Sed regulae syllogismi communes. Et sex nempe
sed ut pote longiores et ob id non ut notorius
easdem clarissime explicatas p. 204 et
ut deinceps remittimus ad commentarios dicendum
de 6 his nempe deprehendis.

Quotuplex syllogismus.

multiplex 2ex e nempe
syllogismus ostensivus p. 212.
syllogismus expositivus
Sed hi sunt 2a observationes p. 213.
Sed syllogismus ostensivus 3ex. nempe
syllogismus demonstrativus p. 214.
syllogismus topicus
syllogismus sophisticus
Harum syllogismus demonstrativus 3ex nempe
Demonstratio apriori
Demonstratio aposteriori p. 215.
Demonstratio a simultaneo p. 216.
Demonstrationes eas illas nominantur Ostrom

Index Comp

appendix

de quibusdam Harminorum logicorum affectionibus

Datur vad eum qi tractatus de ista affectionibus, et septem sunt de quibus infra ad 1°

De suppone

Suppositio definitio et 2ax e nampa
Suppositio materialis — p. 217
Suppositio formalis
ruthes formalis 4ax nampa p. 219
Suppositio simplex
Suppositio personalis
Suppositio pro singulis generum p. 220
Suppositio pro generibus singulorum.

De Tase

alio Harminorum affectionibus

Tasum tantum Cravisii dantur definitiones et sunt
Status — p. 221
Attractio
ampliatio — p. 222
restrictio
alienatio
Duplicatio et 2ax nampa
Duplicatio explicita p. 223.
Duplicatio implicita

andii Legi'ci
Tauca de methodo
methodi definitio et ē 2ex nempe
methodus analitica p. 224
methodus synthetica.
Hi sex Elementa latis utilis. p. 225.

PRIMA

DISPUTATIONUM RUDIMENTA,

IN GRATIAM ADOLESCENTIUM AD RES PHILOSOPHICAS CONTENDENTIUM.

DIFFICILES esse ad res Philosophicas aditus cùm nemo nesciat, visum est mihi perutile, vel in ipso limine compendiosæ Institutionis, prima disputationum elementa submini strare, ut usu quodam, & consuetudine disputandi de levioribus, ad graviora deinceps capessenda, in quibus sita est veritatis comprehensio, adolescentium animus & promptior fieret & parator. Atque ad faciliorem eorum quæ dicenda sunt intelligentiam, unum est vel alterum observandum.

PRIMO quidem usitatus omnis argumentandi modus, vel tribus continetur propositionibus, diciturque *Syllogismus*: vel duabus dumtaxat, diciturque *Enthymema*.

Syllogismus est argumentatio tribus constans propositionibus; quarum prima dicitur *Major*, secunda *Minor*, tertia *Consequens*, ut verbi gratia si quis dicat

Omnis homo est animal rationale:
Atqui Petrus est homo;
Ergo Petrus est animal rationale.

ENTHYMEMA est argumentatio duabus cons-

tans propositionibus, quarum prima dicitur *Antecedens*, altera verò *Consequens*, ut si quis dicat

Petrus est homo;

Ergo Petrus est animal rationale.

SECUNDO. Omnis propositio vel Syllogismi vel Enthymematis, aut est evidenter vera, & tunc, simpliciter est concedenda; aut est evidenter falsa, & tunc, simpliciter est neganda; vel tandem est ambigua, idest uno sensu vera, & altero falsa, & tunc, est inter respondendum adhibenda distinctio.

OBJECTIONES

Adversùs definitionem Philosophiæ.

OBJECTIO I.

Philosophiam non esse Cognitionem.

EA Disciplina non rectè definitur cognitio, quæ non pertinet ad facultatem cognoscentem: Atqui Philosophia non pertinet ad facultatem cognoscentem; Ergo Philosophia non rectè definitur cognitio.

RESPONSIO. *Concedo Majorem; Nego Minorem.* Nam Philosophia pertinet ad intellectum humanum: atqui intellectus est facultas cognoscitiva; ergo Philosophia pertinet ad facultatem cognoscentem.

INSTABIS probando Minorem negatam. Amor non pertinet ad facultatem cognoscentem: Atqui Philosophia dicitur & est amor Sapientiæ; Ergo Philosophia non pertinet ad facultatem cognoscentem.

RESPONSIO. DISTINGUO MAJ. Amor non pertinet ad facultatem cognoscentem, amor strictè sumptus, *Concedo*: amor latè sumptus, *Nego*. Et similiter *Distinguo minorem*, atqui Philosophia est amor latè sumptus *Concedo minorem*: est amor strictè sumptus, *Nego minorem & nego consequentiam*. Explico *distinctionem*.

ITAQUE amor sumitur dupliciter, strictè & latè. Amor strictè sumptus est actus voluntatis circa bonum. Amor latè sumptus est inclinatio cujuscumque facultatis circà suum objectum.

PORRÒ dum Philosophia dicitur amor sapientiæ,

tunc amor sumitur latè pro inclinatione intellectûs ad veritates Philosophicas.

OBJECTIO II.

Philosophiam non esse Cognitionem veram.

EA disciplina non est cognitio vera quæ plurima docet vero minùs consentanea; Atqui Philosophia multa docet quæ minùs vera sunt, præsertim verò de rebus Physicis. Ergo Philosophia non est cognitio vera.

RESPONSIO. DISTINGUO MAJ. Quæ plurima docet vero minùs consentanea, docet affirmando esse vera, *concedo*; docet suspicando & conjiciendo solùm, *nego*. Porrò si quæ doceat Philosophia quæ sint minus vera, ea docet non tam affirmando aut definiendo, quàm suspicando ita esse.

INSTABIS. Si Philosophia doceat multa suspicando magis quàm definiendo, igitur ipsa non est cognitio certa.

RESPONSIO. DIST. Igitur Philosophia non est certa De rebus obscuris *Concedo*, non est certa De rebus claris atque evidentibus *Nego*.

OBJECTIO III.

Philosophiam non esse Cognitionem certam.

EA cognitio non est certa, quæ principio nititur fallaci & incerto. Atqui Philosophia nititur principio fallaci. Ergo non est cognitio certa.

RESPONSIO. NEGO MIN. Quippe habet subjectum certum, objectum certum, & motivum certum.

INSTABIS. Philosophia nititur sensibus: Atqui sensus sunt fallaces; Ergo Philosophia nititur principio fallaci.

RESPONSIO. DIST. MIN. Atqui sensus sunt fallaces, quando desunt conditiones ad bene & tutò sentiendum requisitæ *C.* quando adsunt omnes ad bene sentiendum conditiones, *N.* Sunt autem tres hujus modi conditiones. 1a Est, ut organum sensûs sit bene

affectum. 2ª. Ut objectum sit in debitâ distantiâ. 3ª. Ut medium sit bene dispositum.

OBJECTIO IV.

Philosophiam non esse Cognitionem certam.

EA cognitio non est certa, cujus principia possunt in dubium revocari. Atqui principia Philosophiæ possunt in dubium revocari. Ergo non est cognitio certa.

RESPONSIO. NEGO MIN. Cum enim Philosophiæ principia sint evidentia, evidentia autem sit certissima veritatis regula, non possunt in dubium sine absurditate revocari.

INSTABIS. Ea principia possunt in dubium revocari, quæ ab aliis habentur ut vera, ab aliis ut falsa. Atqui principia Philosophiæ habentur ut falsa à Pyrrhoniis. Ergo possunt in dubium revocari.

RESPONSIO. DIST. MAJ. Quæ ab aliis habentur ut falsa, habentur prudenter & cum legitimo fundamento, *C.* temerè & absque fundamento, *N.* Porro Pyrrhonii temere dubitant de primis Philosophiæ principiis, quæ quia sunt evidentia, errori subjacere nequeunt.

OBJECTIO V.

Philosophiam non esse Cognitionem per causas.

DIsciplina, quæ versatur circa res quarum nulla est causa, non est cognitio per causas. Atqui Philosophia versatur circa res quæ causas non habent, v. g. circa Deum; Ergo non est cognitio per causas.

RESPONSIO. DIST. MAJ. Quarum nulla est causa neque essendi, neque cognoscendi, *C.* causa essendi tantùm, *N.* Porro quidem Deus non habet causas essendi, siquidem est independens; sed habet causas cognoscendi, quia ex creaturis præcognitis assurgimus ad notitiam Dei.

OBJECTIONES
Adversùs divisionem Philosophiæ.

OBJECTIO I.

Philosophiam non rectè dividi in Speculativam & Practicam.

PHILOSOPHIA non recte dividitur in speculativam & practicam, si omnis Philosophia sit practica. Atqui res ita est; Ergo Philosophia malè dividitur in speculativam & practicam.

RESPONSIO. NEGO MIN. Quia Physica v. g. non est practica.

INSTABIS probando Min. Ea omnis disciplina est practica quæ operatur. Atqui omnis Philosophia operatur, putà conficit demonstrationes de objecto suo. Ergo omnis Philosophia est practica.

RESPONSIO. DISTINGUO MAj. Ea omnis disciplina est practica quæ operatur aliquid quod sit ejus objectum, *Concedo*: quæ operatur aliquid quod non sit ejus objectum, *Nego*. Porro quod Physica vel Metaphysica operantur, hoc non est earum objectum; quia Demonstrationes Physicæ sunt actus Physices, sed non sunt ejus objectum.

OBJECTIO II.

Philosophiam non recte dividi in quinque species Logicam, Moralem, Physicam, Metaphysicam & Matheſim.

UNa forma non rectè dividitur in plures partes: Atqui Philosophia est una quædam forma. Ergo non rectè dividitur in quinque partes.

RESPONSIO. DISTINGUO MAj. Una forma simplex, *Concedo*; una formâ composita, *Nego*. Porro Philosophia universa, est forma composita ex pluribus cognitionibus partialibus, quarum aliæ sunt Logicæ, aliæ Morales, &c.

INSTABIS. Atqui Philosophia tota est una forma simplex; Ergo nulla solutio.

PROBATUR SUBSUMPTUM. Ibi est una simplex forma, ubi est unicum objectum formale. Atqui in tota late Philosophia, est unicum objectum formale, nempe naturalis rerum cognoscibilitas. Ergo tota late Philosophia est una simplex forma.

RESPONSIO. DISTINGUO MAj. Ibi est una simplex forma, ubi est unicum objectum formale specificum, *Concedo*; genericum & commune, *Nego*. Porro objectum formale Philosophiæ est genericum & commune pluribus Philosophiæ partibus, ferè sicut animalitas est generica & communis hominibus & belluis.

OBJECTIO III.

In eandem Thesim.

DIvisio Philosophiæ in quinque species non est bona, si prætereà Medicina sit aliqua Philosophiæ pars. Atqui res ita est. Ergo hæc Philosophiæ divisio non est bona.

RESPONSIO. DIST. MAj. Si Medicina sit Philosophiæ pars, nec revocetur ad Physicam, *C.* & revocetur ad Physicam, *N.* Porro Medicina revocatur ad Physicam, cum agat de corpore naturali, & conclusiones Physicæ sint principia Medicinæ.

INSTABIS. Si Medicina revocetur ad Physicam, quisquis habuerit Physicam, haberet & Medicinam; Atqui non ita se res habet: Ergo Medicina non revocatur ad Physicam.

RESPONSIO. DIST. MAj. Quisquis habuerit Physicam suâ in omni latitudine *C.* quisquis habebit Physicam, ut doceri solet in Scholis *N.* nam Physica qualis docetur in Scholis, solùm generalia tradit principia, quibus Artis Medicæ certitudo innititur: Ideoque Medicina subordinatur Physicæ.

DE REBUS METAPHYSICIS.

OBJECTIONES Adversùs definitionem Metaphysicæ.

OBJECTIO I.

Metaphysicam non esse Sapientiam.

SAPIENTIA est cognitio rerum altissimarum. Atqui Metaphysica non est cognitio rerum altissimarum. Ergo non est Sapientia.

RESP. NEGO MIN. Nam versatur circa res altissimas tum ratione dignitatis v. g. circa Deum & Angelos; tum ratione universalitatis v. g. circa Ens generatim ut ens.

INSTABIS. Res naturales non sunt res altissimæ: Atqui Metaphysica est cognitio rerum naturalium: Ergo non est cognitio rerum altissimarum.

RESP. DIST. MAj. Res naturales non sunt res altissimæ quoad modum considerationis *C.* quoad essentiam & naturam *N.* sic v. g. Deus prout consideratur à Metaphysicâ non est res altissima quoad modum considerationis, quia naturali tantum modo consideratur; at nihilominus est res altissima quoad essentiam, naturam & substantiam.

OBJECTIO II.

Metaphysicam non esse Scientiam.

SCientia debet habere objectum certum & determinatum. Atqui Metaphysica non habet objectum certum & determinatum, sed vagum, puta Ens, ut sic. Ergo Metaphysica non est Scientia.

RESP. DIST. MAJ. Scientia debet habere objectum determinatum, id est, quod possit certò & determinatè assignari *C.* debet habere objectum determinatum, id est, quod sit limitatum ad certam entis speciem *N.* Porro Metaphysica habet pro objecto ens generatim ut ens.

OBJECTIO III.

Metaphysicam non esse Scientiam.

SCientia debet habere objectum intelligibile. Atqui Metaphysica non habet objectum intelligibile. Ergo Metaphysica non est Scientia.

RESP. NEGO MIN. Quia objectum Metaphysicæ est ens ut ens, quod cum suam habeat ideam suumque in mente conceptum, est profectò intelligibile.

INSTABIS. Quod non est sensibile, non est intelligibile. Atqui objectum Metaphysicæ non est sensibile; Ergo non est intelligibile.

RESP. DIST. MAJ. Quod non est sensibile nec per se, nec per aliud sibi connexum, *C.* per se tantùm, *N.* Porro objectum Metaphysicæ, quod est ens ut ens, est sensibile saltem per aliud, nempe per sua singularia, quæ per se cadunt sub sensus.

OBJECTIO IV.

Objectum Metaphysica non esse Ens abstractum ab omni materia.

METaphysica habet pro objecto animam rationalem ut à corpore sejunctam. Atqui anima ra-

tionalis sic, non est ens abstractum ab omni materia. Ergo Metaphysica non habet pro objecto ens abstractum ab omni materia.

RESP: NEGO MIN. Quia anima rationalis est substantia purè spiritalis, atque immortalis.

INSTABIS. Quod essentialiter refertur ad corpus, non est ens abstractum ab omni materia. Atqui anima rationalis, etiam ut à corpore sejuncta, essentialiter refertur ad corpus, cum sit substantia incompleta: Ergo anima rationalis non est ens abstractum ab omni materia.

RESP. DIST. MIN. Atqui anima rationalis essentialiter refertur ad corpus, anima rationalis ut est forma corporis & pertinet ad Physicam, *C.* anima rationalis ut est substantia spiritalis & pertinet ad Metaphysicam, *N.*

OBJECTIONES
Adversùs definitionem & divisionem Entis.

OBJECTIO I.

Ens non recte definiri, id quod est extra merum nihil.

CReaturæ omnes possibiles sunt entia realia. Atqui tamen non sunt extra merum nihil. Ergo ens non est id quod est extra nihil.

RESP. DIST. MIN. Atqui creaturæ possibiles non sunt extra merum nihil existentiæ, *C.* extra merum nihil essentiæ, *N.* quanquam enim actu non existant possibilia, habent nihilominus certam essentiam, certamque definitionem.

OBJECTIO II.

Ens non rectè dividi in reale, & rationis.

ENs non rectè dividitur in ens reale & ens rationis, si nullum sit ens rationis. Atqui nullum est ens ra-

tionis. Ergo non rectè dividitur ens in reale, & rationis.

RESP. NEGO MIN. Quia potest intellectus sibi repræsentare multa, quæ cum non possint realiter existere, non sunt entia realia.

INSTABIS. Non datur ens illud quod repugnantiam involvit. Atqui ens rationis repugnantiam involvit; & idcirco nec existit, nec existere potest realiter. Ergo nullum datur ens rationis.

RESP. DIST. MIN. Atqui ens rationis repugnantiam involvit, ut realiter existat, *C.* repugnantiam involvit, ut mentaliter existat, *N.* sicut enim ens reale realiter existit, ita ens rationis mentaliter & objectivè existit in Ideâ cogitantis.

OBJECTIO III.

Ens non rectè dividi in completum & incompletum.

ENS omne est completum; Ergo ens non rectè dividitur in completum & incompletum.

RESP. NEGO ANTECEDENS. Nam ens vel est pars alterius entis, vel non est pars. Si est pars, est incompletum; si non est pars, est completum.

INSTABIS. Illud omne completum est, quod complectitur eas omnes perfectiones, quas postulat habere. Atqui ens omne est hujusmodi, sic v. g. anima rationalis suas omnes complectitur perfectiones. Ergo ens omne est completum.

RESP. DIST. MAj. Quod complectitur suas omnes perfectiones; si non postulet essentialiter ingredi compositionem alterius, *C.* si postulet ingredi compositionem alterius, *N.* Porro anima rationalis, v. g. postulat essentialiter ingredi compositionem hominis.

OBJECTIONES Adversùs Attributa Dei.

OBJECTIO I.

Deum non rectè definiri Ens à se.

SI Deus esset ens à se, Deus esset causa sui ipsius: Atqui nihil potest esse sui ipsius causa. Ergo Deus non est ens à se.

RESP. DIST. MAj. Si Deus esset ens à se positivè, quasi sibi dedisset existentiam, C. si esset ens à se negativè, idest, si non esset ab alio, N. Porro Deus dicitur ens à se, non quod sibi dederit existentiam, sed quod ita essentialiter existat, ut non sit ab alio.

OBJECTIO II.

Deum non esse Infinitum in omni genere.

ENs illud non est infinitum in omni genere, quod non complectitur omnes omnino perfectiones. Atqui Deus non complectitur omnes omnino perfectiones, v. g. non complectitur corporeitatem vel animalitatem. Ergo Deus non est infinitus in omni genere.

RESP. DIST. MIN. Atqui Deus non complectitur omnes omnino perfectiones, formaliter C. eminenter saltem, N. alias enim perfectiones Deus complectitur formaliter, ut v. g. justitiam; alias verò eminenter tantùm, ut v. g. corporeitatem.

OBJECTIO III.

Deum non esse summè bonum.

SI Deus esset summè bonus, nullum omnino esset malum: Atqui multa certè sunt mala. Ergo Deus non est summè bonus.

RESP. DIST. MAj. Qui depinguntur cum membris corporalibus, quibus eorum demonstretur natura, C. quibus demonstrentur operationes & virtutes, N. Porro membra corporalia quibuscum depinguntur Angeli, eorum demonstrant operationes, v. g. oculi demonstrant perspicaciam mentis, pedes vim motricem, &c.

OBJECTIO III.

Angelos non esse Substantias completas.

QUod potest esse pars alterius, certe completum non est. Atqui Angelus potest esse pars alterius, puta, si uniatur corpori assumpto. Ergo Angelus non est substantia completa.

RESP. DIST. MAj. Quod potest esse pars per se C. pars per accidens N. Porro Angelus non est pars alterius nisi per accidens, in quo differt ab anima rationali quæ essentialiter exigit componere hominem.

OBJECTIONES Adversùs definitionem Animæ Rationalis.

OBJECTIO I.

Animam Rationalem non esse Spiritalem.

EA substantia spiritalis non est, quæ pendet à corpore in esse & operari. Atqui anima rationalis est hujusmodi; Ergo non est spiritalis.

RESP. DIST. MAj. Quæ pendet à corpore, per se & essentialiter C. per accidens tantùm N. Porro non nisi per accidens fit ut operationes animæ rationalis pendeant à corpore, nempe ob statum unionis cum corpore.

OBJECTIO II.

In eandem Thesim.

EA substantia non est spiritalis quæ continetur in potentia materiæ. Atqui anima rationalis conti-

netur in potentia materiæ, cum sit essentialiter actus & perfectio materiæ. Ergo non est spiritalis.

Resp. Dist. Maj. Quæ continetur in potentia materiæ eductivâ quasi educatur è sinu materiæ, *C.* in potentia materiæ receptivâ, quia recipitur in materia, cujus est actus & perfectio, *N.*

OBJECTIO III.

In eándem Thesim.

Ea substantia corporea est quæ habet initium cum corpore. Atqui anima rationalis est hujusmodi. Ergo corporea est.

Resp. Dist. Maj. Quæ habet initium cum corpore per generationem, *C.* per creationem, *N.* Porro anima rationalis habet initium per creationem à Deo immediatè.

OBJECTIO IV.

Animam Rationalem non esse Incompletam.

Ea substantia non est incompleta, quæ non est alterius pars. Atqui anima præsertim separata à corpore, non est pars alterius. Ergo non est incompleta.

Resp. Dist. Maj. Quæ non est alterius pars, nec exigit esse, *C.* & exigit esse, *N.* Porro anima rationalis per se & essentialiter exigit esse pars, & venire in compositionem hominis.

DE REBUS PHYSICIS.

OBJECTIONES

Adversùs definitionem Physicæ.

OBJECTIO I.

Physicam non esse Scientiam.

SCIENTIA debet habere objectum certum & immutabile. Atqui Physica non habet objectum certum & immutabile, quia corpus naturale est mutationi obnoxium. Ergo Physica non est Scientia.

RESP. DIST. MAJ. Scientia debet habere objectum immutabile quoad essentiam & definitionem, *C.* quoad existentiam, *N.* Porro corpus naturale est quidem mutabile quoad existentiam, quia potest existere vel non existere; at non est mutabile quoad essentiam, quia suam habet definitionem certam prorsus & immutabilem

INSTABIS. Essentia & existentia sunt unum & idem, (ut docent Metaphysici.) Ergo si Physica non habeat objectum immutabile quoad existentiam, non habet quoque immutabile quoad essentiam.

RESP. DIST. ANT Essentia & existentia sunt unum & idem realiter & Physicè, *C.* sunt unum & idem virtualiter & objectivè, *N.* quia aliter concipitur essentia, aliter existentia; essentia ut aliquid necessarium, existentia ut quid contingens.

OBJECTIO II.

Physicam non esse Speculativam.

NOn magis Physica videtur speculativa, quàm Logica. Atqui Logica non est speculativa: Ergo nec Physica.

RESP. NEGO MAJ. ET PARITATEM. Ratio disparit. est, quia Logica tradit præcepta de suo objecto conficiendo; non item Physica.

INSTABIS. Ideo Logica non est speculativa, quia facit operationes Logicas. Atqui similiter Physica facit operationes Physicas v. g. demonstrationes. Ergo Physica non magis est speculativa quàm Logica.

RESP. DIST. MAJ. Ideo Logica non est speculativa quia facit operationes Logicas tanquam objectum suum *C.* tanquam actus suos *N.* Porro Physica facit operationes Physicas tanquam actus sibi respondentes, at non tanquam objectum suum, quia Physicæ objectum non est aliud à corpore naturali, de quo Physica nihil præscribit.

OBJECTIO III.

Corpus naturale non esse Objectum Physicæ.

ILlud non est objectum Physicæ totale, quod non tam latè patet quàm Physica. Atqui corpus naturale non tam latè patet quàm Physica. Ergo corpus naturale non est objectum Physicæ.

RESP. NEGO MIN. Quia quidquid tractatur in totâ latè Physicâ, tractatur in gratiam corporis naturalis.

INSTABIS. Physica tractat de pluribus aliis, quàm de corpore naturali. Ergo corpus naturale non tam latè patet quàm Physica.

RESP. DIST. ANT. Physica tractat de pluribus aliis; tractat in gratiam corporis naturalis, *C.* tractat per se & propter se, *N.* sic v. g. Physica tractat de principiis & proprietatibus corporum in gratiam corporum naturalium.

OBJECTIONES
Adversùs Principia Corporum Naturalium.

OBJECTIO I.

Materiam non esse Principium Corporum.

PRimum corporis principium non debet esse compositum. Atqui materia est aliquid compositum ex partibus infinitis, & in infinitum divisibilibus. Ergo materia non est principium corporum.

RESP. DIST. MAJ Primum corporis principium non debet esse compositum ex partibus heterogeneis, *C.* ex partibus homogeneis, *N.* Porro materia componitur quidem sed ex partibus homogeneis & consimilibus; quæ sunt totidem materiæ, & sic debitam materiæ simplicitatem non evertunt.

INSTABIS. Materia componitur ex suo genere, suâque differentiâ essentiali. Atqui genus & differentia sunt partes heterogeneæ. Ergo materia componitur ex partibus heterogeneis.

RESP. DIST. MIN. Atqui genus & differentia sunt partes heterogeneæ Metaphysicæ, *C.* Physicæ, *N.* quare materia componitur quidem ex partibus heterogeneis Metaphysicis, non autem Physicis, & ideo potest esse primum Physicæ compositionis principium.

OBJECTIO II.

Formam non esse Principium Corporum.

PRimum corporis principium non debet fieri ex alio. Atqui forma fit ex alio nempe ex materia. Ergo forma non est principium corporum.

RESP. DIST Primum corporis principium non debet fieri ex alio per compositionem, *C.* non debet fieri ex alio per eductionem, *N* Porrò forma Physica fit quidem ex materia per eductionem, at non fit ex eâ per compositionem, & sic non desinit esse simplex.

INSTABIS. Formæ præsupponitur materia. Ergo forma non est primum corporis principium.

RESP. DIST. CONS. Ergo forma non est primum principium comparatè ad materiam sibi præsuppositam, *C.* comparatè ad corpus naturale, *N.* nam forma cum sit prior corpore naturali potest esse principium corporis.

OBJECTIO III.

Privationem non esse Principium Generationis.

PRius est esse, quàm esse principium generationis. Atqui privatio nihil est: Ergo privatio non est principium generationis.

RESP. DIST. MAj. Prius est esse vel positivè, vel negativè, *C.* prius est esse positivè semper, *N.* Porro privatio nihil quidem est positivum & reale, sed est aliquid negativum, tanquam absentia formæ in subjecto formæ recipiendæ idoneo.

INST. Principium generationis dat esse genito. Atqui privatio non dat esse corpori, siquidem ipsa non habet esse. Ergo non est principium generationis.

RESP. DIST. MAj. Principium generationis dat esse genito, dat vel influendo, vel recedendo, *C.* influendo semper, *N.* Porro privatio dat esse corpori, quatenus ipsa recedit, dum fit generatio corporis.

OBJECTIO

Adversùs definitionem Naturæ.

EA naturæ definitio non est bona quæ naturam non distinguit ab arte. Atqui ea naturæ definitio quâ dicitur *principium & causa motûs*, *&c.* non distinguit naturam ab arte. Ergo non est bona hæc definitio naturæ.

RESP. NEGO MIN. Nam ars non producit motum, sed duntaxat dirigit naturam ad eum producendum, ut v. g. ars scribendi dirigit ad scribendum, natura verò producit motum.

INST. Ars est etiam principium & causa motûs & quietis, *&c.* Ut v. g. ars saltandi est principium

& causa saltationis ad numeros. Ergo prædicta naturæ definitio non distinguit naturam ab arte.

RESP. DIST. ANT. Ars est etiam principium & causa motûs, secundarium Morale & directivum, *C.* primarium & Physicum, *N.* nam ars dirigit motum, sed ipsum non producit.

OBJECTIO
Adversùs definitionem Motûs.

DEfinitio debet esse clarior re definitâ. Atqui definitio motûs quâ dicitur *actus enim in potentiâ*, &c. non est clarior motu definiendo: quia motu nihil notius; hac autem definitione nihil obscurius. Ergo definitio motûs non est bona.

RESP. DIST. MIN. Atqui definitio motûs non est clarior motu quoad existentiam spectato, *C.* non est clarior motu quoad essentiam spectato, *N.* quanquam enim nihil clarius sit existentiâ motûs: nihil tamen est obscuriùs essentiâ & naturâ motûs.

OBJECTIO
Adversùs divisionem Corporis Naturalis.

COrpus naturale minus rectè dividitur in simplex & mixtum: si nullum datur corpus simplex. Atqui nec datur, nec dari potest corpus simplex; omnia corpora sunt composita. Ergo corpus malè dividitur in simplex & mixtum.

RESP. DIST. MIN. Atqui non datur corpus simplex simplicitate excludente compositionem ex materia & forma, *C.* simplex simplicitate excludente compositionem ex quatuor elementis, *N.* nam licet omnia corpora sint composita ex materiâ & formâ; non sunt tamen omnia composita ex quatuor elementis; & hoc sensu dicuntur quædam, esse simplicia.

OBJECTIO
Adversùs definitionem Animæ generatim.

SUbstantia minùs rectè definitur actus. Atqui anima quælibet est substantia. Ergo malè definitur actus primus corporis organici, &c.

Resp. Dist. Maj. Substantia minùs rectè definitur actus secundus, seu operatio, C. actus primus, seu principium operationis, N. licet enim anima non sit operatio vitalis, est tamen principium operationum vitalium.

OBJECTIO

Adversùs divisionem Animæ.

Ea divisio non est bona, cujus membra non sunt opposita. Atqui membra divisionis animæ in vegetantem, sensitivam & rationalem non sunt opposita. Ergo non est bona hæc animæ divisio.

Resp. Nego Min. Quia est anima vegetans in plantis sine sentiente; sentiens in belluis, sine rationali; & rationalis in hominibus diversa à vegetante plantarum & sentiente belluarum.

Inst. Ea membra non sunt opposita, quorum unum includitur in alio. Atqui anima vegetans includitur in sentiente, & utraque includitur in rationali. Ergo membra hujus divisionis non sunt opposita.

Resp. Dist. Min. Atqui anima vegetans & sentiens includuntur in rationali, si spectentur in eodem individuo, v. g. in eodem homine, C. si spectentur in diversis individuis, puta in planta, bellua, & homine, N.

DE REBUS MORALIBUS.

OBJECTIONES Adversùs definitionem Moralis.

OBJECTIO I.

Moralem non esse Prudentiam.

SI Moralis esset Prudentia, omnes Philósophi Morales essent prudentes. Atqui non ita res est. Ergo Moralis non est Prudentia.

RESP. DIST. MAJ. Omnes Philosophi Morales essent prudentes, prudentiâ generali, quæ generatim præscribat quid sit agendum fugiendumvè, *C.* essent prudentes prudentiâ particulari, quæ præscribat quid sit hic & nunc agendum fugiendumvè, *N.* nam ad prudentiam particularem requiritur optima voluntatis indoles.

INST. Prudentia facit virum bonum. Atqui Moralis non semper facit virum bonum simpliciter. Ergo non est prudentia.

RESP. DIST. MAJ. Prudentia Moraliter completa, facit virum bonum, *C.* prudentia Moraliter incompleta, *N.* Porro Philosophia Moralis est prudentia Moraliter incompleta quæ se tenet ex parte intellectûs, & non ex parte voluntatis.

OBJECTIO II.

Moralem non esse Scientiam.

EA disciplina non est Scientia, cujus objectum pendet à nobis liberè operantibus per præcepta. At-

qui objectum Moralis, nempe actio humana est hujusmodi. Ergo Moralis non est Scientia.

RESP. DIST. MAj. Cujus objectum pendet à nobis liberè operantibus per præcepta mutabilia, *C.* per præcepta immutabilia, *N.* Porrò præcepta Moralis sunt immutabilia v. g. ista *Deus est colendus. Parentes sunt honorandi.*

INST. Objectum Moralis pendet à legibus humanis. Atqui leges humanæ sunt mutabiles, & variæ pro varietate gentium. Ergo objectum Moralis pendet à præceptis mutabilibus.

RESP. DIST. MIN. Atqui leges humanæ sunt mutabiles, si sint positivæ & arbitrariæ, *C.* si sint naturales, *N.* nam leges naturales sunt eædem ubique gentium.

OBJECTIO III.

Actus humanos non esse objectum Moralis.

OBjectum Moralis debet esse dirigibile à Morali. Atqui actus humani non sunt à Morali dirigibiles. Ergo actus humani non sunt objectum Moralis.

RESP. NEGO MIN. Cum enim actus humani possint benè vel malè se habere, subjacent directioni Moralis.

INST. Actus humani vel sunt boni, vel mali; Atqui si boni sunt, non indigent directione; si verò mali sint, non sunt amplius capaces directionis. Ergo actus humani non sunt dirigibiles à Morali.

RESP. DIST. MAj. Actus humani vel sunt boni vel mali, si spectentur in particulari seu in specie, *C.* si spectentur in communi, seu in genere, *N.* nam actus humanus generatim neque est bonus, nec malus Moraliter, sed est ad bonitatem vel malitiam indifferens, capax utriusque.

OBJECTIONES

Adversùs definitionem Boni & Beatitudinis.

Bonum non benè definiri, id quod omnia appetunt.

PLures appetunt quæ sibi non modo non bona sunt, sed etiam noxia, ut ambitiosus honores. Ergo non omnia appetunt bonum.

RESP. DIST. ANT. Plures appetunt quæ sibi non sunt bona in rei veritate, *C.* quæ sibi bona non sunt apparenter, *N.* nam nihil appetimus nisi quod vel reipsâ bonum est, vel saltem videtur esse tale.

INST. Damnati appetunt annihilationem sui. Atqui annihilatio non est bona etiam apparenter, si quidem tollit omne bonum simul cum existentiâ. Ergo non omnia bonum appetunt.

RESP. DIST. MIN. Atqui annihilatio non est bonum positivum, inferens aliquam perfectionem *C.* non est bonum negativum, removens imperfectionem *N.* nam annihilatio removeret damnationem quæ est imperfectionum maxima.

Bonum relativum non benè definiri, id quod est perfectivum.

DIvitiæ & honores sunt bonum aliquod relativum. Atqui non sunt aliquid perfectivum; nec præstant perfectiorem possidentem. Ergo non omne bonum relativum est perfectivum.

RESP. DIST. MIN. Atqui divitiæ & honores non sunt perfectivum quid intrinsecè, *C.* extrinsecè, *N.* sunt enim perfectivum quid sicut sunt bonum: at sunt bonum extrinsecum & in ordine ad virtutes Morales exercendas quarum sunt instrumenta.

INST. Divitiæ & honores sunt sæpius instrumenta vitiorum. Ergo non sunt aliquid perfectivum etiam extrinsecè.

RESP. DIST. ANT. Divitiæ sunt instrumen-

ta vitiorum per accidens & ex abusu hominum, C. per se & ex primariâ sui institutione, N. nam institutæ sunt initio ut essent instrumenta virtutum.

Beatitudinem non benè definiri, Statum bonorum omnium, &c.

SI beatitudo esset status bonorum omnium aggregatione perfectus, beati nihil amplius appeterent. Atqui tamen appetunt aliquid, ut v. g. reunionem cum corporibus. Ergo beatitudo non est status bonorum, *&c.*

RESP. DIST. MAJ. Beati nihil amplius appeterent, quando sunt beati beatitudine completâ tam ex parte corporis quàm ex parte animæ, C. quando sunt beati beatitudine incompletâ tantùm ex parte solius animæ, N. cum enim homo duplici parte constet, corpore & animâ, expectat utriusque partis felicitatem.

INST. Si beatitudo esset status bonorum omnium *&c.* excluderet omnem sollicitudinem & anxietatem. Atqui tamen non excludit, quippe animæ beatæ sunt adhuc sollicitæ de corporibus suis. Ergo beatitudo non est status, *&c.*

RESP. DIST. MAJ. Excluderet omnem sollicitudinem pro parte hominis jam beatâ, C. pro parte nondum beatâ, N. Porrò animæ beatæ sunt sollicitæ non pro se, sed pro corporibus nondum beatis.

Adversùs Beatitudinem objectivam & formalem.

SI qua daretur hominis Beatitudo objectiva, maxime Deus. Atqui Deus non potest dici objectivæ hominis Beatitudo. Ergo nulla datur hominis objectiva Beatitudo.

RESP. NEGO MIN. Quia solus Deus est summum bonum.

INST. Illud non est hominis objectiva Beatitudo, quod non potest ab homine possideri. Atqui Deus non potest ab homine possideri, quia non potest cadere sub dominium hominis. Ergo Deus non est hominis objectiva Beatitudo.

RESP. DIST. MAJ. Quod non potest ab homine possideri possessione Physicâ & Morali, *C.* possessione Juridicâ & Civili, *N.* Porro Deus potest ab homine possideri possessione Physicâ & Morali, per intimam unionem facultatum hominis cum Deo, per visionem & amorem.

§ *

OBJECTIONES
De Voluntario & Libero.

Voluntarium non benè definiri, id quod fit à principio interno.

NOn omne Involuntarium fit à principio externo, ut v. g. occisio amici ab amico putante se occidere feram. Ergo nec omne Voluntarium fit à principio interno.

RESP. NEGO CONS. Et parit. Ratio disparit. est, quia ut aliquid sit Voluntarium debet esse à Voluntate, proindeque à principio interno. At verò ut aliquid sit Involuntarium sufficit quod ei desit aliqua conditio requisita ad Voluntarium; proindeque sufficit, quod fiat à principio non cognoscente singula in quibus est actio, sive interim fiat à principio interno, sive externo, perinde est.

Voluntarium non benè definiri, id quod fit à principio cognoscente.

VOluntarium fit à voluntate. Atqui voluntas non est principium cognoscens. Ergo voluntarium non fit à principio cognoscente.

RESP. DIST. MIN. Atqui voluntas non est principium cognoscens per se & ratione sui formaliter, *C.* non est principium cognoscens per intellectum dirigentem, *N.* Porrò voluntarium emanat à voluntate ex præsuppositâ directione intellectûs.

Liberum non benè definiri, id quod est Indifferens.

AMor Dei in Beatis liber est: Atqui tamen non est indifferens, sed necessarius. Ergo liberum non bene definitur, id quod est indifferens.

RESP. NEGO MAJ. Cum enim beati felici quadam necessitate rapiantur ad amandum Deum, non est amor ille liber in beatis.

INST. Quod fit sponte & libenter, liberum est. Atqui amor in beatis fit sponte & libenter. Ergo liber est.

RESP. DIST. MAJ. Quod fit sponte & libenter, liberum est à coactione & violentia, C. liberum est à necessitate qualibet, N. nam plura requiruntur ad hoc ut aliquid sit liberum, quàm ad hoc ut fiat sponte & libenter.

DE REBUS LOGICIS.

OBJECTIONES Adversùs definitionem Logicæ.

Logicam non esse Artem.

SI Logica esset Ars, Logici essent artifices. Atqui Logici non sunt artifices, *Artisans*. Ergo Logica non est Ars.

RESP. NEGO MAj. Nam usus aliter invaluit.

INST. Illi sunt artifices qui tractant artem. Atqui si Logica esset ars, Logici tractarent artem. Ergo essent artifices.

RESP. DIST. MAj. Illi sunt artifices, qui tractant artem vilem & mecanicam, ut sutor, *C.* qui tractant artem nobilem & liberalem ut Logicus, vel Rhetor, *N.* quippe artificis nomen ex usu recepto iis solum tribuitur qui mecanicas exercent artes.

Logicam non esse Scientiam.

GRammatica non est Scientia. Ergo nec Logica.

RESP. NEGO CONS. ET parit. Ratio disparit. est, quia quæ docet Grammatica sunt purè arbitraria, v. g. *Verbum activum regere accusativum*. At verò quæ docet Logica sunt necessaria & immutabilia, ut v. g. *Definitionem esse debere clariorem re definitâ*.

INST. Ideo Grammatica non est Scientia, quia est ab hominibus inventa, liberoque subest hominum arbitrio. Atqui pariter Logica est hujusmodi. Ergo par utrobique ratio.

RESP. DIST. MAJ. Ideo Grammatica non est Scientia, quia est ab hominibus inventa, sine speciali fundamento in natura rei, *C.* cum speciali fundamento, *N.* at verò Logica est inventa cum speciali fundamento in natura rei, ita ut prorsus necessaria sint Logicæ præcepta.

Logicam non esse Practicam.

EA Disciplina non est Practica quæ suum non facit objectum. Atqui suum Logica non facit objectum, nempe operationes mentis, v. g. definitionem, divisionem. Ergo Logica non est Practica.

RESP. NEGO MIN. Quia Logica tota est in tradendis legibus de operationibus mentis vero conformandis.

INST. Logica non facit id quod est tale, independenter à Logica. Atqui operationes mentis, v. g. definitiones sunt necessariò tales independenter à Logicâ, siquidem sunt immutabiles. Ergo Logica non facit operationes mentis.

RESP. DIST. MIN. Atqui operationes mentis sunt necessariò tales independenter à Logicâ, tales quoad essentiam, *C.* tales quoad existentiam, *N.* Porro Logica non facit operationes mentis spectatas quoad essentiam, sed solùm spectatas quoad existentiam.

Operationes mentis non esse Objectum Logicæ.

ILlud non est objectum Logicæ, quod consideratur à Logicâ propter aliud. Atqui operationes mentis considerantur à Logicâ propter aliud, nempe propter alias scientias comparandas. Ergo operationes mentis non sunt objectum Logicæ.

RESP. DIST. MAJ. Quod consideratur à Logica propter aliud tanquam objectum Logicæ, *C.* propter aliud tanquam finem Logicæ, *N.* Porro aliæ scientiæ comparandæ sunt finis Logicæ, sed non sunt ejus objectum: sicut commoda habitatio est finis Architecturæ; ædificium autem est ejus objectum.

INST. Ædificatio non est objectum Architecturæ, sed ædificium. Ergo etiam operatio mentis non est objectum Logicæ, sed opus seu opera mentis.

Resp. Nego Cons. Et parit. Ratio dispa-rit. est, quia Architectura spectat magis ædificium quàm ædificationem. At verò Logica magis attendit operationes mentis quàm opera. Ideò ædificatio est propter ædificium, & ædificium non est propter ædificationem: sed operatio mentis non est propter opus, sed opus mentis est propter operationem.

OBJECTIONES De Universalibus.

Non esse quinque Universalia in Essendo.

Proprium non est unum ex universalibus. Ergo non sunt quinque universalia.

Resp. Nego Ant. Quia proprium est unum aptum inesse multis, univocè & divisim, v. g. capacitas scientiæ in omnibus hominibus.

Inst. Universale debet esse commune multis. Atqui proprium non est commune multis: alioqui jam non esset proprium. Ergo proprium non est ex universalibus.

Resp. Dist. Min. Atqui proprium non est commune multis generibus vel speciebus, *C.* multis individuis, *N.* nam proprium si sit genericum, est commune multis speciebus, sed non multis generibus; si verò sit specificum, commune est multis individuis, sed non multis speciebus: ut capacitas scientiæ, communis est omnibus hominibus.

Plura esse quàm quinque Universalia.

Individuum est unum ex universalibus: Ergo plura sunt quàm quinque universalia.

Resp. Nego Ant. Quia individuum, cum sit singulare quid non habet rationem universalitatis.

Inst. Quod prædicatur de multis est universale Logicum. Atqui individuum prædicatur de multis individuis, v. g. de Petro & Paulo. Ergo individuum est unum ex universalibus.

Resp. Dist. Maj. Quod prædicatur de mul-

eis quoad rem significatam eandem, *C.* quoad nomen duntaxat, *N.* Porro aliud est individuum quod prædicatur de Petro, & aliud quod prædicatur de Paulo; individua conveniunt in nomine, sed in re significatâ discrepant.

OBJECTIONES De Categoriis.

Categoriam non esse Ordinem Generum & Specierum.

CAtegoria est ordo eorum duntaxat quæ sunt entia realia. Atqui genera & species non sunt entia realia, sed entia rationis. Ergo Categoria non est ordo generum & specierum.

RESP. DIST. MIN. Atqui genera & species non sunt entia realia, genera formaliter sumpta, seu genereitates, *C.* genera materialiter sumpta, seu naturæ genericæ, *N.* licet enim genereitas & specieitas sint entia rationis, natura tamen generica, & specifica sunt entia realia, ut animalitas & humanitas.

Categoriam non esse Ordinem rerum sub supremo genere.

NOn datur supremum genus. Ergo categoria non est ordo rerum sub supremo genere.

RESP. NEGO ANT. Nam ens, est supremum genus.

INSTABIS. Genus debet esse univocum. Atqui ens non est univocum respectu suorum inferiorum. Ergo ens non est supremum genus.

RESP. NEGO MIN. Quia ens convenit suis inferioribus secundùm idem nomen & secundùm eandem significationem.

URGEBIS. Quod est diversum in suis inferioribus non est univocum respectu inferiorum. Atqui ens est diversum in suis inferioribus, nam est independens in Deo & dependens in creaturis. Ergo non est univocum.

RESP. DIST. MIN. Atqui ens est diversum

ſpecificè, *C.* genericè, *N.* Sicut enim animal eſt diverſum ſpecificè in homine & bellua, & idem in illis genericè: ſimiliter & ens eſt diverſum ſpecificè in Deo & creaturis; at idem prorſus eſt genericè in illis, quia ſortitur in ipſis eandem ſignificationem puta capacitatem exiſtendi realiter.

FINIS


Substantia
Dividitur
Constituit
Repugnat
Linea
Corpus
in Corpoream
in Incorpoream
in Animatum
in Inanimatum
Viuens
in Sensitivum
in Insensitivum
Animal
in Rationale
in Irrationale
Homo
Petrus
Paulus

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES
3 9088 00331158 6
nmahrb MSS217 B
Compendiaria ad universam ph[ilosoph]iam

SMITHSONIAN
SEP 06 1983
LIBRARIES